



Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

Concilium Pontigonense. In quo Synodi quoque Ticinensis acta confirmata sunt ab episcopis Cisalpinis, praesente Carolo Calvo imperatore, & legatis sedis apostolicae, celebratum mense Iunio ac Iulio, ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

ANNO CHRISTI 876. "CONCILIVM PONTIGONENSE.

IN QVO SYNODI QVOQVE TICINENSIS
acta confirmata sunt ab episcopis Cisalpinis, praesente
Carolo Calvo imperatore, & legatis sedis apostolicæ,
celebratum mense Iunio ac Julio, indictione ix. anno
Christi DCCCCLXXVI. Ioannis VIII. papæ anno iv. Ca-
roli eiusdem regni anno XXXVII. imperii primo.

INDEX EORVM QVÆ AD CONCILIVM
PONTIGONENSE PERTINENT.

- I. *Synopsis actorum Concilii Pontigonensis, ex Aimino.*
- II. *Synodus Ticinensis in Concilio Pontigonensi confirmata.*
- III. *Canones, seu capitula xv. apud Ticinum edita, & apud
Pontigonem iterum promulgata.*
- IV. *Actorum Concilii Pontigonensis editio altera, ex antiquis
codicibus.*
- V. *Libellus proclamationis ecclesiae Rhemensis oblatus Synodo
aduersus Ludouicum regem Baioariæ.*
- VI. *Definitio Synodi Pontigonensis de Adalgaudo presbytero in-
famato.*
- VII. *Consensus Leonis episcopi, missi & apocrisiarii sedis aposto-
lice, cum post Synodum discessurus esset.*
- VIII. *Iuramentum, quod Hincmarus archiepiscopus edere ins-
sus est apud Pontigonem.*

I.

ACTA CONCILII PONTIGONENSIS
ut ab Aimino recitantur lib. v. cap. XXXIII.

V NDECIMO Kalendas Iulii, indictione ix. episcopis sessio I.
& ceteris quibusque clericis vestibus ecclesiasticis
indutis, & domo ac sedilibus palliis protensis, atque in
gremio Synodi & prospectu imperialis sedis lectorio su-
perpositis sacrosanctis euangeliis, venit dominus impe-
rator Carolus in vestitu deaurato habitu Francico cum
legatis apostolicæ sedis in Synodum, & cantoribus an-
tiphonam Exaudi nos Domine, cum versibus & Gloria
Patri, cantantibus, post Kyrie eleeson data oratione a
Ioanne Tuscanensi episcopo, resedit dominus impera-

Fff iii

tor in Synodo , & legit Ioannes Tuscanensis episcopus
epistolas a domino apostolico missas , cum quibus & le-
git epistolam de primatu Ansegisi Senensis episcopi , vt
quoties vtilitas ecclesiastica dictauerit , siue in euocan-
da Synodo , siue in aliis negotiis exercendis , per Gal-
lias & Germanias apostolica vice fruatur , & decreta sedis
apostolicae per ipsum episcopis manifesta efficiantur : &
rursus quæ gesta fuerint eius relatione , si necesse fuerit ,
apostolicæ sedi pandantur . & maiora negotia ac difficiliora
quæque suggestione ipsius a sede apostolica disponenda &
enucleanda quærantur . Petentibus autem episcopis , vt eis
permitteretur ipsam legere epistolam quibus erat directa ,
non acquieuit imperator ; sed responsum quæsiuit ab eis ,
quid de his iussis apostolicis responderent . Quorum re-
sponsio talis fuit , vt seruato singulis metropolitanis iure
privilegii , secundum sacros Canones , & iuxta decretas
dis Romanæ pontificum ex eisdem sacris Canonibus pro-
mulgata , domni Ioannis papæ apostolicis iussionibus obe-
dient . Et cum imperator & legati apostolici satagerent , vt
absolute archiepiscopi responderent se obedituros de pri-
matu Ansegisi , sicut apostolicus scripsit , aliud nisi quod
prædictum est responsum ab eis extorquere non potue-
runt : excepto quod Frotarius Burdegalensis episcopus ,
quoniam a Burdegala ad Pictauos , indeque ad Bituricum
fauore principis contra regulas se contulit , per adulatio-
nem respondit quod imperatori placere cognouit . Tunc
motus imperator dixit , quod dominus apostolicus ei suas
vices commisit in Synodo , & quod isdem præcepit , ille
exequi studeret . Et accepit ipsam epistolam inuolutam ,
vna cum Ioanne Tuscanensi & Ioanne Aretino , & dedit
illam Ansegiso . Et iussit sellam plebilem poni ante omnes
episcopos Cisalpini regni sui , iuxta Ioannem Tuscanen-
sem , qui ad dextram illius sedebat . & præcepit Ansegiso ,
vt supergrederetur omnes ante se ordinatos , & federet in
eadem sella , Rhemorum archiepiscopo reclamante , au-
dientibus omnibus , hoc factum sacris regulis obuiare . Im-
perator tamen in sententia sua permanxit : & petentibus
episcopis , vt liceret eis saltem exemplar sibi de epistola di-
recta sumere , nec hoc vello modo impetrauere . Et sic soluta
est Synodus in die illa .

ANNO
CHRISTI
876.
Decimo Kalendas præfati mensis iterum conuenerunt Sessio II.
episcopi. In quo conuentu lectæ sunt epistolæ a domino
apostolico laicis missæ : & lecta est electio domni impera-
toris ab episcopis & ceteris Italici regni firmata. Sed & ca-
pitula quæ in palatio Ticinensi constituit, & ab omnibus
confirmari fecit : quæ & episcopis Cisalpinis confirmare
præcepit. & sic soluta est Synodus in illa die.

Quinto Nonas Iulii conuenerunt iterum episcopi sine Sessio III.
imperatore : & habitæ sunt contentiones de presbyteris ex
diuersis parochiis clamantibus ad legatos apostolici. & sic
soluta est Synodus in hac die.

Quarto Nonas eiusdem mensis iterum conuenerunt Sessio IV.
episcopi. & imperator in Synodo residens audiuit oratores
fratris sui Ludouici regis, Vvillebertum archiepiscopum
Coloniæ , & Adalardum ac Menigardum comites , per
quos petiit partem de regno Ludouici imperatoris , filii
Lotharii fratris eorum, sicut ei competeret ex hereditate,
& illi firmatum erat sacramento. Et legit Ioannes Tusca-
nensis epistolam a Ioanne papa episcopis regni Ludouici
directam , & dedit exemplar Vvilleberto archiepiscopo,
vt deferret illud præfatis episcopis. & sic soluta est præfata
Synodus in illa die.

Sexto Idus Iulii conuenerunt episcopi , & circa horam Sessio V.
nonam venerunt legati domni apostolici , Leo episcopus
& apocrisiarius ac nepos apostolici, atque Petrus Forisem-
pronii episcopus , deferentes epistolas imperatori & im-
peratrici , & salutationes apostolici ad episcopos. & sic so-
luta est Synodus in illa die.

Quinto Idus Iulii conuenientibus episcopis, lecta est Sessio VI.
epistola apostolici de damnatione Formosi episcopi, Gre-
gorii nomenclatoris , & consentientium eis. Et præsentata
sunt imperatori ab apostolico missa dona : inter quæ fue-
runt præcipua, sceptrum & baculus aureus. Sed & impe-
ratrici dona sunt ab eo missa , pallia , & armillæ cum gem-
mis. & sic soluta est Synodus in illa die.

Pridie Idus Iulii conuenerunt episcopi , & misit impe- Sessio VII.
rator vicarios apostolici increpare durius archiepiscopos
& episcopos , qui pridie non venerant, sicut præcepit. Illis
autem canonice rationabilem reddentibus rationem , so-
pita est increpatio. Et lecta est a Ioanne Tuscanensi ite-

rum epistola, iubente imperatore, pro primatu Ansegisi,
& quæsita est ab episcopis denuo inde responsio. Et re-
spondentibus singulis archiepiscopis, quod veluti sui an-
tecessores illius antecessoribus regulariter obedierunt, ita
eius decretis vellent obedire, tunc facilius est illorum ad-
missa responsio, quam fuerat in imperatoris præsentia. Et
sic iterum, post multas contentiones de presbyteris diuer-
sarum parochiarum reclamantibus ad legatos apostolici,
lecta est proclamatio Frotarii Burdegalensis archiepiscopi,
quia non poterat consistere propter infestationem Paga-
norum in ciuitate sua, vt liceret ei Bituricensem metropo-
lim occupare. Cuius petitionibus vnanimitas episcopo-
rum nullatenus acquieuit.

Sessio VIII. Et iubentibus legatis apostolici, vt xvii. Kalendas Au-
gusti conuenirent episcopi; mane circa horam nonam ve-
nit imperator Græcanico more paratus & coronatus, de-
ducentibus eum apostolicæ sedis legatis more Romano ve-
stitis, ad episcopos ecclesiasticis vestimentis indutos, &
ceteris secundum modum primæ horæ diei, quando in-
choata est Synodus, præparatis. & vt prius cantata anti-
phona Exaudi nos Domine, cum versibus & Gloria, post
Kyrie eleeson data oratione a Leone episcopo, refederunt
omnes: & legit Ioannes Aretinus quamdam schedulam ra-
tione & auctoritate carentem. Post quam legit Odo Belgi-
uacorum episcopus quædam capitula, a legatis apostolici,
& ab Ansegiso, & eodem Odone sine conscientia Synodi
dictata, inter se diffona, & nullam utilitatem habentia; ve-
rum & ratione & auctoritate carentia. Et ideo hic non ha-
bentur subiuncta. Iterum mota est interrogatio de prima-
tu Ansegisi, & post multas ab imperatore & legatis apo-
stolici contra episcopos querimonias habitas, tantum in
nouissimo quantum & in principio Synodi exinde Anse-
gisus obtinuit. Posthæc perrexit Petrus episcopus Forisem-
pronii, & Ioannes Tuscanensis ad cubiculum impera-
toris: & adduxerunt imperatricem Richildem corona-
tam in Synodus. Et stante illa iuxta imperatorem sur-
rexerunt omnes, & stantes quique in gradu suo incep-
erunt laudes Leo episcopus & Ioannes Tuscanensis epi-
scopus. Et post laudes aetas in dominum apostolicum &
domnum imperatorem & imperatricem & ceteros, iuxta
morem,

ifis, Assu-
re-
an-
ita
ad-
Et
er-
ci,
pi,
ga-
po-
po-
Au-
ve-
de-
ove-
&
in-
anti-
post
runt
ra-
elgi-
lici,
nodi
; ve-
ha-
ma-
apo-
in
inse-
em-
era-
na-
sur-
pe-
epi-
n &
ixta
em,

ifis, Assu-
re-
an-
ita
ad-
Et
er-
ci,
pi,
ga-
po-
po-
Au-
ve-
de-
ove-
&
in-
anti-
post
runt
ra-
elgi-
lici,
nodi
; ve-
ha-
ma-
apo-
in
inse-
em-
era-
na-
sur-
pe-
epi-
n &
ixta
em,

IOANNES PONTIGONENSE. CAROLVS CALVVS IMP. 417
P. VIII.
ANNO CHRISTI 876.

morem, data oratione a Leone Gabinensi episcopo, soluta est Synodus.

II.

SYNODVS APVD TICINVM

ACTA PALATIVM ANNO INCARNATIONIS
dominicæ DCCCLXXVI. indictione ix. mense Februario, confirmata in Synodo apud Pontigonem eodem
anno & indictione, mense Iunio.

ELECTIO CAROLI IMPERATORIS
ab Italici regni episcopis & ceteris optimatibus confirmata.

Gloriosissimo dñ a Deo coronato magno & pacifico imperatori,
domino nostro Carolo perpetuo Augusto, nos quidem omnes episcopi, abbates, comites, ac reliqui, qui nobiscum conuenerunt,
Italici regni optimates, quorum nomina generaliter subter habentur inserta, perpetuam optamus prosperitatem & pacem.

I AM quia diuina pietas vos, beatorum principum apostolorum Petri & Pauli interuentione, per vicarium ipsorum, dominum videlicet Ioannem summum pontificem & vniuersalem papam spiritalemque patrem vestrum, ad profectum sanctæ Dei ecclesiæ nostrorumque omnium inuitauit, & ad imperiale culmen sancti Spiritus iudicio prouexit: nos vnamiter vos protectorem, dominum, ac defensorem omnium nostrum eligimus. Cui & gaudentes toto cordis affectu subdi gaudemus, & omnia, quæ ad profectum totius sanctæ Dei ecclesiæ, nostrorumque omnium salutem decernitis & sanctitis, totis viribus, annuente Christo, concordi mente & prompta voluntate obseruare promittimus.

Et subscripterunt illi qui in Italia adfuerunt.

Anspertus sanctæ Mediolanensis ecclesiæ archiepiscopus subscripti.

Ioannes sanctæ Arctinæ ecclesiæ humilis episcopus subscripti.

Ioannes episcopus sanctæ Ticinensis ecclesiæ subscripti.

Benedictus Cremonensis episcopus subscripti.

Teudulfus Derthonensis episcopus subscripti.

Adalgaudus Vercellensis episcopus subscripti.

Azo Eporediensis episcopus subscripti.

Concil. Tom. 24.

Ggg



Gerardus exiguus in exigua Laudensi ecclesia episcopus subscripti.
 Hilduinus Astensis ecclesiæ episcopus subscripti.
 Ratbornus sedis Augustanæ episcopus subscripti.
 Leodoinus Mutinensis ecclesiæ episcopus subscripti.
 Hildradus Albensis ecclesiæ episcopus subscripti.
 Bodo humilis sanctæ Aquensis ecclesiæ episcopus subscripti.
 Sabbatinus Ienuensis ecclesiæ episcopus subscripti.
 Eilbertus Comensis episcopus subscripti.
 Adelardus seruus seruorum Dei Veronensis episcopus subscripti.
 Ego Paulus sanctæ ecclesiæ Placentiæ episcopus subscripti.
 Ego Andreas sanctæ Florentiæ ecclesiæ episcopus subscripti.
 Raginerius abbas subscripti.
 Signum Bosonis incliti ducis, & sacri palatii archiministri, atque
 imperialis missi.
 Signum Richardi comitis.
 Signum Vvalfridi comitis.
 Signum Liutfridi comitis.
 Signum Alberici comitis.
 Signum Supponis comitis.
 Signum Hardini comitis.
 Signum Bodradi comitis palatii.
 Signum Cuniberti comitis.
 Signum Bernardi comitis.
 Signum Airboldi comitis.

Acta sunt hæc in palatio Ticinensi anno Domini DCCC-
 lxxvi. regni domni imperatoris Caroli, Hludouici
 Augusti piæ memoriarum filii, in Francia xxxvi. imperii
 primo, indictione ix.

*CONFIRMATIO CISALPINORVM
apud Pontigonem.*

SIC V T dominus Ioannes apostolicus & vniuersalis papa
 primo Romæ elegit, atque sacra vntione constituit,
 omnesque Italici regni episcopi, abbates, comites, & reli-
 qui omnes, qui cum illis conuenerunt, dominum nostrum
 gloriosum imperatorem Carolum Augustum vnanimi de-
 uotione elegerunt sibi protectorem ac defensorem esse: ita
 & nos, qui de Francia, Burgundia, Aquitania, Septima-
 nia, Neustria, ac Prouincia, pridie Kalendas Iulii, in loco
 qui dicitur Pontigonis, anno xxxvii. in Francia, ac im-
 perii primo, iussu eiusdem domni & gloriosi Augusti con-
 uenimus, pari consensu ac concordi deuotione eligimus
 & confirmamus.

III.

INCIPIVNT CAPITVLA

QVÆ DOMNVS CAROLVS LVDOVICI
Augusti piæ memoriaræ filius, vna cum consensu & sug-
gestione venerabilium episcoporum, & illustrium opti-
matum, reliquorumque fidelium suorum, ad hono-
rem sanctæ Dei ecclesiaræ, & ad pacem & profectum to-
tius imperii sui, fecit anno incarnationis Domini nostri
Iesu Christi DCCCCLXXVI. regni vero sui in Francia
xxxvi. imperii autem sui i. indictione ix. mense Fe-
bruario, in palatio Ticinensi.

TITVLI CAPITVLORVM.

- I. *Vt Romana ecclesia ab omnibus honoretur.*
- II. *Vt Joanni pape honor obediens tiaque ab omnibus exhibeat.*
- III. *Vt res ecclesie Romane proprias nemo diripiatur.*
- IV. *Vt ecclesiasticis honor & reuerentia præfetur.*
- V. *Vt imperatori honor ab omnibus obseruetur.*
- VI. *Vt episcopi ministerium suum sine cuiusquam impedimento & molestia peragant.*
- VII. *Vt episcopi per se & presbyteros predicationi insistant: & fi- deles diebus festis ad publicas sta- tiones occurrant, domique sue nullus Missas celebret sine licen- tia episcopi.*
- VIII. *Vt episcopi cum clero suo in claustris resideant: presbyteros vero ab ecclesiis suis abesse, aut ab eorum potestate disiliere non permittant.*
- IX. *Vt sacerdotes a familiaritate seminarum, itemque a venatio- ne, armis militaribus, & habi-*
tu non decenti abstineant.
- X. *Vt res ecclesiasticas nemo inua- dat, & que cum detimento ec- clesie a rectoribus distractæ sunt, repetantur.*
- XI. *Vt decima absque fraude offe- rantur, & a presbyteris episcopi arbitrio dispensentur: & de ba- ptismalibus ecclesias per earum filios restaurandis.*
- XII. *Vt episcopi comites & vas- sos regios diligant ut filios, & hi episcopos honorent ut patres. & vt episcopi in suis episcopiis mis- forum dominicorum potestate fungantur.*
- XIII. *Vt episcopi & comites in pauperum domibus nisi rogati non diuersentur: & vt pradas ac denastationes inhibeant.*
- XIV. *Vt defuncti episcopi faculta- tes nullus inuadat: sed successori referuentur, vel pro illius anima erogentur.*
- XV. *Vt infideles regi nemo celet, nec ullam eis iustitationem præbeat.*

C A P I T V L A.

I.

VT sancta Romana ecclesia sicut est caput omnium ecclesiarum, ita ab omnibus honoretur & veneretur. neque quisquam contra ius & potestatem ipsius aliquid iniuste agere præsumat. sed liceat ei debitum tenere vigorem, & pro vniuersali ecclesia pastoralem exhibere curam, atque sacris precibus omnium pro omnibus interpellare auctorem.

II.

Vt honor domino & spirituali patri nostro Ioanni summo pontifici & venerabili vniuersali papæ ab omnibus conseruetur: & quæ secundum sacrum ministerium suum auctoritate apostolica decreuerit, cum summa veneratione ab omnibus suscipiantur, & debita illi obedientia in omnibus conseruetur.

III.

Et licet in omnibus id obseruare velimus, præcipue tamen sancimus, vt in termino beatorum Petri & Pauli apostolorum principum, nemo in eundo & redeundo, vel ibi morando, aliquam vastationem & deprædationem facere præsumat: & quæ ipsius sanctæ Dei ecclesiæ propria sunt, nemo aliqua iniqua machinatione, sine voluntate ipsius scri pontificis, sibi vindicare præsumat. Quod si quisquam fecerit, restitutis male præsumptis, immunitatem ipsius ecclesiæ persoluat, & bannum nostrum tripliciter componat.

ANNO
CHRISTI
176.

Vt ecclesiasticus honor , & sacerdotalis atque clericalis reuerentia, debita competentique sinceritatis religione ab omnibus amplectatur, & in omnibus custodiatur , sicut aui & genitoris nostri monent edicta.

V.

Vt imperialis honor ab omnibus fideliter obseruetur , & quæ ab eo , seu per epistolam , seu per legatos præcipiuntur,a nullo impune audeant violari.

VI.

Vt episcopi ministerium suum secundum sacros & sancto Spiritu promulgatos Canones peragant. parochias suas absque alicuius impedimento , prædicando, corrigendo, & confirmando circumeant. & in hoc agendo nullus eis contraire , & quod ad ministerium illorum pertinet contradicere in ipsis parochiis audeat , vel eis exinde aliquam molestiam inferat : sed adiutor, si oportuerit , inuitatus a pontifice quisque ecclesiæ filius existat, vt liceat eis criminalia scelera , & alia quæque corrigenda , inquire , discutere , & diiudicare canonice. Quod qui temerare proterue præsumpserit , triplicem legem , & triplex bannum nostrum persoluat.

VII.

Vt episcopi secundum sacram iussionem Domini nostri Iesu Christi prædicationem per se vel per suos congruenter exerceant , & presbyteros suos vt similiter faciant instruere procurent. Et vt sacerdtales & fideles laici diebus festis , qui in ciuitatibus sunt , ad publicas stationes occurrant : & qui in vil-

Ggg iiij

lis & possessionibus sunt , ad publicum officium in
plebem festinent . & nullus latibulosa Missarum in
suis domibus officia celebrare præsumat sine sui ra-
tionabili licentia episcopi .

VIII.

Vt episcopi in ciuitatibus suis proximum eccl-
esiæ suæ claustrum instituant , in quo ipsi cum clero
secundum canoniam regulam Deo militent : &
sacerdotes suos ad hoc constringant , vt ecclesiæ
suas non derelinquant , & aliubi habitare præsu-
mant . Sint etiam subiecti episcopo proprio secun-
dum canoniam auctoritatem , nec per contuma-
ciam ab eorum potestate dissiliant . neque sœcula-
ri potestati ad hoc eis commendare se liceat , aut
eos quilibet recipere audeat , vt contra canonicas
leges & debitam episcopi potestatem quodam-
modo defensentur . Huiusmodi vero sacerdo-
tes episcopalibus illico censura disciplinis ecclesiasti-
cis subdat . Nec fas est omnium eorum soliciu-
dinem episcopos non gerere , quibus in commit-
tendis sacris ordinibus dignum visum est commu-
nicasse .

IX.

Vt in domibus sacerdotum , propter malæ op-
inionis famam , habitatio seminarum penitus tolla-
tur , neque illi in domos earum intrare indiscrete
præsumant , ne nomen Dei , quod absit , per illos
blasphemetur , per quos laudari pie & iugiter de-
bet . venationem quoque nullus tam sacri ordinis
exercere præsumat . neque arma militaria pro qua-
licumque seditione portare audeat : aut habitum

ANNO CHRISTI 876. quemlibet tantum apicem sacerdotii non decen-
tem assumat.

X.

Vt res ecclesiasticas, tam mobiles quam & im-
mobiles, nemo inuadere vel auferre præsumat. &
quæ a rectoribus ecclesiæ hactenus, ob timorem
vel fauorem, alicui libellario vel emphyteuticario
iure dolose, vel cum damni detimento, ecclesiæ
amissæ videntur, ad pristinum ius reuertantur:
quatenus liceat illis, quibus eorum cura commissa
est, quieto & pacifico ordine eas tenere, & pro no-
bis ac regno nobis a Deo commisso orare, paupe-
ribusque debita stipendia erogare, familiam eccle-
siæ iuste & rationabiliter regere & gubernare.
Transgressoribus autem indicimus, iniuste præ-
sumpta restituere, & sicut superius præfixum est,
triplicem legem & triplex bannum nostrum persol-
uere.

X I.

Vt decimæ collaborationum & animalium, se-
cundum sacra præcepta, Domino absque fraude &
aliqua retræctione offerantur, & in potestate epi-
scopi maneat qualiter a presbyteris dispensentur
canonice. & vt ecclesiæ baptismales, quas plebes
appellant, secundum antiquam consuetudinem ec-
clesiæ filii instaurent.

X II.

Vt episcopi comites & vassos nostros, in paro-
chia eorum manentes, paterno amore secundum
ecclesiasticum ministerium diligent: ipsi comites &
vassalli, seu reliqua generalitas, prædictos episco-

pos vt sanctos patres honorent & venerentur , &
ad ministerium illorum peragendum , vbi cumque
potuerint , eos adiuuare decent. Si vero , quod
non optamus , eis infestis , quo minus quae Dei sunt
exercere possint , reperti fuerint , aut ipsi contra le-
ges officia sua violauerint , & eos quos venerari de-
bent inquietauerint , secundum capitulare aui &
genitoris nostri emendent . qualiter quoque pre-
sbyteros ac reliquos gradus honorent , ipsius capi-
tularis forma doceantur. Ipsi nihil minus episcopi
singuli in suo episcopio missatrici nostri potestate &
auctoritate fungantur.

XIII.

Vt episcopi & comites in suis ministeriis com-
morantes , in suis consistant domibus cum suis vas-
sallis , neque presumant occasione hospitii in pau-
peris cuiuspiam vicini domo nisi rogati commora-
ri : quia ob hoc maxime deprædationes & discor-
dias haec tenus pullulasse manifestum est . Præui-
deant quoque , secundum ministerium unusquisque suum , ne in potestate illorum prædæ & deua-
stationes fiant : & si aliqui hoc facere tentauerint ,
omni sua virtute illis resistant . Et si ipsi per se con-
stringere illos ad emendationem non potuerint ,
constitutis missis nostris renuntient , vt ipsorum
iudicio legaliter secundum capitulare aui & genito-
ris nostri emendetur. Quod si & ipsi hoc emenda-
re nequiverint , ad nostram notitiam perducant.

XIV.

Vt quoties diuinum iudicium ecclesiæ præsu-
lem a saeculo vocauerit , nullus ad suimet perditio-
nem

ANNO
CHRISTI
876. nem facultates eius inuadat, diripiatur, & ad suos vi-
fus transferat: sed erogatariis & eleemosynariis ec-
clesiasticis, cum ipsius ecclesiæ constituto œcono-
mo, liberum sit canonico more iuste rationabiliter
que deputata successuro reseruare, vel quibuscum-
que, sicut expedit, pro eius spiritu distribuere.
Quod qui iniqua cupiditate transgredi præsumpse-
rit, ut superius prælibatum est, irrefragabiliter mul-
tetur.

X V.

Vt nemo fidelium nostrorum quodammodo a-
liquem celet quem nostrum scierit infidelem esse:
neque ei sustentationem quamcumque præstare
pertentet, si eum ad nostram fidelitatem reuocare
nequierit. **Quicumque** autem contra hoc fecerit,
prædecessorum nostrorum & progenitorum iudi-
cium experietur.

SVBSCRIPTIONES EPISCOPORVM.

Ioannes Tuscanensis episcopus, legatus sanctæ sedis apostolicæ &
domini Ioannis summi pontificis, & vniuersalis papæ, in his quæ su-
pra scripta interfui, consensi, & subscripsi.

Ansegisus Senonum metropolis episcopus, sanctæ & apostolicæ
sedis per dominum Ioannem summum pontificem papam vicarius,
interfui, consensi, & subscripsi.

Ioannes Aretinus episcopus, sanctæ sedis apostolicæ legatus, in-
terfui, consensi, & subscripsi.

Hincmarus Rhemorum archiepiscopus subscripsi.

Aurelianus Lugdunensis ecclesiæ episcopus in Christi nomine ro-
borauit.

Frotarius archiepiscopus consensi & subscripsi.

Otrramnus Viennenensis ecclesiæ archiepiscopus subscripsi.

Ioannes Rothomagensis ecclesiæ archiepiscopus subscripsi.

Bertmundus Ebrudenensis ecclesiæ archiepiscopus subscripsi.

Ragenelimus Tornacensis ecclesiæ episcopus subscripsi.

Vvalterus humilis Aurelianensis ecclesiæ episcopus subscripsi.

Gerboldus Cabilonensis ecclesiæ episcopus subscripsi.

Gislebertus Carnotensis ecclesiæ episcopus subscripsi.

Hildeboldus Suesionensis ecclesiæ episcopus subscripsi.

Rostagnus sanctæ Arelatensis ecclesiæ humilis episcopus subscripsi.

Concil. Tom. 24.

H h h

Isaac Lingonensis ecclesiæ episcopus subscripti.
Lantbertus Matiscensis ecclesiæ episcopus subscripti.
Ingelvvinus sanctæ Parisiacensis ecclesiæ episcopus subscripti.
Geroldus Ambianensis ecclesiæ episcopus subscripti.
Abbo Neuernensis ecclesiæ episcopus subscripti.
Ioannes Cameracensis ecclesiæ episcopus subscripti.
Hadebertus Siluanectensis ecclesiæ episcopus subscripti.
Odo Belgiaucorum episcopus in Christi nomine subscripti.
Ratbertus Valentinae ecclesiæ episcopus subscripti.
Bernarius Gratianopolitanae ecclesiæ episcopus subscripti.
Agenulfus Gabalitanensis ecclesiæ episcopus subscripti.
Birico Vvapincensis ecclesiæ episcopus subscripti.
Alduinus Auenionensis ecclesiæ episcopus subscripti.
Vvido Vellauensis ecclesiæ episcopus subscripti.
Hildebrannus Sagensis episcopus subscripti.
Vvillebertus humilis Catalaunorum episcopus subscripti.
Ragenfridus Meldensis ecclesiæ episcopus subscripti.
Heirardus Lixouiensis ecclesiæ episcopus subscripti.
Sigenandus Constantiensis ecclesiæ episcopus subscripti.
Ætherius Viuariensis episcopus subscripti.
Erchambertus Baiocensis ecclesiæ episcopus subscripti.
Hedenulfus Laudunensis ecclesiæ episcopus subscripti.
Agilmarus Aruernensis ecclesiæ episcopus subscripti.
Anselmus Lemouicensis ecclesiæ episcopus subscripti.
Adalbertus Morinensis ecclesiæ episcopus subscripti.
Vvillelmus Cadurcorum ecclesiæ episcopus subscripti.
Lupus Albiensis ecclesiæ episcopus subscripti.
Ottulfus sanctæ Trecassinae ecclesiæ humili episcopus subscripti.
Berardus Virdunensis ecclesiæ episcopus subscripti.
Arnaldus Leucorum ecclesiæ episcopus subscripti.
Franco Tungrensis ecclesiæ episcopus subscripti.
Theodoricus Vesontionum ecclesiæ archiepiscopus subscripti.
Vvala Autifodorensis ecclesiæ episcopus subscripti.
Adolgarius Augustidunensis ecclesiæ episcopus subscripti.
Hemico Dienis ecclesiæ episcopus subscripti.
Aimarus Ruthenensium ecclesiæ episcopus subscripti.
Theotarius Gerundensis ecclesiæ episcopus subscripti.
Hugo abbas.
Albustus abbas ex monasterio quod vocatur Bethlehem, siue Ferrarias.
Hilduinus abbas & bibliothecarius.
Vylfardus abbas scripsit & subscripti.
Gauzlenus abbas & archicancellarius.

ANNO
CHRISTI
876.

IV.

ACTORVM CONCILII PONTIGONENSIS
editio altera, illa fortasse, quam cum legatis apostolicis dicta f-
se, & in Synodo legisse dicitur Odo episcopus Bellouacensis.

SANCTA Synodus, quæ in nomine Domini vocatione domni Ioannis ter beatissimi ac vniuersalis papæ, & iussione domni Caroli perpetuo Augusti congregata est in loco qui vocatur Pontigonis, anno incarnationis dominice DCCCLXXVI. indictione IX. regni præfati inuictissimi imperatoris XXXVII. imperii autem primo, XVII. Kalendas Augusti, hæc capitula quæ subter annexa sunt instituit.

I.

Obeunte Hludouico, qui Romani imperii iura regebat, dominus Ioannes ter beatissimus papa per Gadericum Veliternensem, Formosum Portuensem, Ioannem Aretinum, venerabiles episcopos, dominum Carolum tunc regem ad limina beatorum apostolorum inuitauit, eumque ecclesiæ ipsius defensorem ac tutorem elegit, imperiali- que diadematè coronauit, eum præ cunctis solum & specialel eligens qui Romani imperii scepta teneret. Cuius sacris institutionibus pro debito parentes, quod ipse instituit instituimus, & quod ipse confirmauit pari consen- su omnes firmamus.

II.

Congregata igitur in Romana vrbe sancta Synodo, ante aduentum prædicti domni imperatoris, misit cum consensu omnium epistolas Hludouico regi, filiis quoque ipsius, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, ac reliquis primoribus regni sui, monentes eos apostolica auctoritate more paterno seruare quæ pacis sunt, ne videlicet aliquam irreptionem in regno præfati Augusti facile tentarent, vsque dum simul ad mutuum colloquium venirent, & ipse inter eos & de pace conseruanda, & de iure regnum se- cundum sibi a Deo ministerium creditum decerneret pa- riter & discerneret. Quas epistolas per Odonem Belloua- corum venerabilem episcopum sibi destinatas & bis dela- tas omnino recipere renuerunt.

Concil. Tom. 24.

Hhh ij

III.

Ipse vero apostolica & paterna monita paruipendens,
& fraterna foedera disrupta, hostili manu tyrannico
more fraternalium regnum depopulando inuasit: homicidia,
adulteria, sacrilegia, & innumera mala quæ enumerari ne-
queunt, auctoritas facientium perpetrauit.

IV.

Hæc mala audiens ter beatissimus papa perpetrata esse
in regno spiritalis filii sui domni Caroli semper Augusti,
taetus dolore cordis accelerauit mittere missos suos, Ioan-
nem videlicet & Ioannem venerabiles episcopos, cum a-
liis suis epistolis, volens eum monere, ut a tanto malo poe-
nitudinem de præteritis ageret, & tandem fraternalium re-
gnum inuadere desineret. Quorum legationem secundo
commonitus necdum recipere voluit.

V.

Post hos denique misit iterum alios legatos, Leonem
scilicet sanctissimum Gabinensem episcopum & sanctæ
Romanæ ecclesiæ missum & apocrisiarium, pariterque &
Petrum Forosempriatorem venerabilem episcopum, hæc
eadem obsecrando, monendo protestans. Quorum mo-
nita vtrum recipere velit, adhuc ambiguum constat.

VI.

Verum quia præfatus Leo Gabinensis reuerentissi-
mus episcopus, & sanctæ Romanæ ecclesiæ missus & apo-
crisiarius, seu & Petrus Forosempriates episcopus, pro
quibusdam utilitatibus ecclesiasticis morari hic diutius ne-
queunt, neque episcopos de longinquò venientes fatigare
longius dignum est, decreuerunt Ioannem Tuscanensem,
& Ioannem Aretinum venerandos episcopos, qui legatio-
nem præfatorum pariter cum priori legatione suscipien-
tes, ea quæ peragenda sunt, cum ceteris episcopis, quos
communi consensu elegerint, vice omnium episcopo-
rum, quidquid seu in euocanda Synodo, seu in definiendo,
seu in contemptoribus feriendis definierint, apostolica au-
toritate libere definiant, & quidquid ipsi deliberauerint,
dominus apostolicus cum omni sancta Romana ecclesia
determinabit, & in perpetuum mansurum statuet & fir-
mabit.

VII.

Sicut dominus papa Ioannes sanxit, conniuente, & con-

ANNO CHRISTI
876. sentiente, & condescernente domno & gloriosissimo Ca-
rolo imperatore semper Augusto, Ansegisum venerabi-
lem episcopum, Senonum archiepiscopum, suam vicem
tenere, & primatum ei Galliae & Germaniae contulit in
euocanda Synodo, & definiendo canonice, si quilibet in-
surrexerint necessaria, & vt grauiora ad ipsius notitiam
referat: & nos vnanimiter omni deuotione laudamus, &
vt ita ipse primatum teneat Galliae & Germaniae, decerni-
mus & sancimus.

VIII.

Synodum, quam dominus Ioannes apostolicus & vni-
uersalis papa super quorumdam depositionem, Formosi
scilicet Portuensis episcopi, & Gregorii nomenculato-
ris, seu & Stephani secundicerii, & Georgii vestararii, ce-
terorumque suorum complicum, sicut in epistola ipsius
ad nos missa continetur, nuper instituit, & nos secundum
iussionem ipsius, in nullo a capite dissidentes, consentien-
do decernimus, omnibusque apostolicis illius sanctioni-
bus per omnia parentes sicut decet obedimus.

IX.

Censuram vero, quam dominus apostolicus super ne-
fandissima acta Hludouici regis, & complicum eius, nisi
resipuerint, & debitam obedientiam sedi apostolicæ exhi-
buerint, statuit & firmauit; omnes nos, qui ad præsentem
Synodum conuenimus, vnanimiter decernimus, atque
firmamus.

Sequebatur post hæc in codice sancti Remigii confirmatio Synodi
Ticinensis, cum episcoporum subscriptionibus, vt supra.

V.

LIBELLVS PROCLAMATIONIS ECCLESIAE

Rhemensis aduersus Hludouicum regem Carolo imperatori
oblatus in Synodo Pontigonensi.

PATERNS magisteriis instruimur, vt si qua maiora
negotia, vel maiores causæ exortæ fuerint, ad sedem
apostolicam, prout auctoritas docet, & mos antiquus ob-
tinuit, semper referantur. Ideoque, quia imperialem ex-
cellentiam vestram Synodo præfesse, & vicarios sedis apo-
stolicæ præsto nobis adesse gaudemus, calamitates & mi-

Hhh iij

ANNO
CARTONI
176.

serias ecclesiæ nostræ , ac filiorum nostrorum; quas hoc an-
no ab Hludouico rege, itemque Hludouico filio eius, &
complicibus eorum , cædes videlicet , & homicidia, adul-
teria, fornicationes, rapinas, sacrilegia , & cetera flagitia,
quæ nullus enumerare potest, ecclesia nostra perpetua est,
vestræ serenitati innotescimus, obsecrantes ut pro Dei om-
nipotentis amore, & pro ingenita vobis benignitate, ac pro
ministerio imposito , nobis & ecclesiæ nostræ ac filiis no-
stris , secundum promulgatam omnibus vestram sapien-
tiam , consulatis pariter ac succurratis: ne de cetero talia
ac tanta mala ecclesia nostra ac regnum patiatur , qualia
haecenus passum est.

VI.

DEFINITIO SYNODI PONTIGONENSIS
de Adalgaudo presbytero infamato.

PRIDIE Idus Iulii , in loco qui vocatur Pontigonis, ita
de Adalgaudo presbytero a legatis sedis apostolicæ,
Leone apocrisiario sanctæ sedis Romanæ , Petro , Ioanne,
itemque Ioanne legatis memoratae sanctæ sedis , & Ansegis-
fo vicario eiusdem sanctæ sedis , & ab omni Concilio defi-
nitum est: ut illi propria ecclesia reddatur, & a præfatis Ka-
lendis quatuor mensium dilatio ad famam suam purgan-
dam illi concedatur. Si post quatuor menses purgare se
canonice non potuerit, nulla eius vox postea penitus au-
diatur.

VII.

CONSENSVS LEONIS EPISCOPI MISSI
apocrisiarii, cum post Synodum discessurus esset.

QVIA dominus noster Ioannes sanctissimus & ter bea-
tissimus papa nos quidem , me scilicet Leonem Gabi-
nensem episcopum & sanctæ Romanæ ecclesiæ missum &
apocrisiarium , & Petrum venerabilem Forosempronia-
tem episcopum, ad hoc has in partes direxit, ut ceu pridem
per venerabiles episcopos Ioannem videlicet & Ioannem
mandauerat , vestra sanctitate aggregata, de negotiis, quæ
inter vtrosque fratres hoc anno emerferant , determina-
remus. Sed nos ob quasdam sanctæ Romane ecclesiæ vti-
litates , & diutius morari nequivimus , & vestram beatifi-

<sup>ANNO
CHRISTI
876.</sup> tudinem longius fatigari nolumus : hos fratres nostros, Ioannem videlicet Tuscanensem , & Ioannem Aretinum, venerabiles episcopos vobiscum morari decreuimus , vt que dum res vnde agitur optatum finem diuina fauente gratia accipiat. qui quidquid seu in euocanda Synodo , seu in definiendo , seu in contemptoribus feriendis definierint, auctoritate apostolica libere definitant. Quidquid ipsi deliberauerint , & dominus apostolicus cum omni sancta Romana ecclesia determinabit , & in perpetuum mansurum statuet & firmabit.

VIII.

*IVRAMENTVM, QVOD HINC MARVS
archiepiscopus edere iussus est apud Pontigonem.*

SIC promitto ego , quia de isto die in antea isti seniori meo , quamdiu vixero , fidelis & obediens & adiutor , quantumcumque plus & melius sciero & potuero , & consilio & auxilio secundum meum ministerium in omnibus ero , absque fraude & malo ingenio , & absque vlla dolositate , vel seductione , seu deceptione , & absque respectu alicuius personæ. Et neque per me , neque per missum , neque per literas , sed neque per emissam vel intromissam personam , vel quocumque modo ac significatione , contra suum honorem , & suam , ecclesiæ , atque regni illi commissi quietem & tranquillitatem atque soliditatem machinabo , vel machinanti consentiam. Neque vñquam aliquid scandalum mouebo , quod illius præsenti vel futuræ saluti contrarium vel nocium esse possit. Sic me Deus adiuet & ista sancta patrocinia.

NOTÆ IACOBI SIRMONDI
SOCIETATIS IESV.

Concilium Pontigonense.] Actorum huius Concilii haec tenus permava , caue mutila , & cum Ticinensis confusa gestis habebamus. Nunc multis partibus auctiora , & notis quæque suis distincta prodeunt , adscitis etiam ex diuersis exemplaribus epistolis pontificiis , quæ in hoc Concilio recitatæ ferebantur , & plusculis aliis monumentis ad eamdem Synodus spectantibus , quorum fit mentio fere omnium in synopsi Aimoini. Constat ergo primum Romæ coronatum fuisse Carolum imperatorem die natalis Domini sub finem anni DCCCLXXV. cuius coronationis , vt dixi , acta non extant. Tum deinde celebratum a nouo imperatore Conuentum fuisse Ticinensem

mense Februario DCCCCLXXVI. in eoque ab episcopis & optimatis
bus regni Italici acclamatum susceptumque imperatorem, & condita
capitula XII. Postremo in Synodo Pontigonensi, mense Junio
ciusdem anni, susceptum pariter a Gallis imperatorem, & Ticinensis
capitula confirmata. Itaque subscriptionum, quæ hic geminæ legun-
tur, priores, quæ Italorum sunt præsulum & optimatum, ad Syno-
dum Ticinensem pertinent: posteriores, quæ Gallorum sunt, ad Pon-
tigonensem referendæ, non ad Ticinensem, cui male antea tribue-
bantur.

¹ *Juramentum.*] Apud Pithœum post XII. scriptores coetaneos
inscribitur: *Generale omnium fidelium sacramentum.* & verisimile
est ab omnibus exactum fuisse. Sed Hincmarus in libello ad Caro-
lum imperatorem quem in codice Leodiensi nocti sumus, singula
iuramenti huius membra, ut inepta & aliena, exagitat, queriturque
a se post tot annos requisitum esse, cum satis esse deberet professio,
quam ut archiepiscopus ediderat. *Pia,* inquit, *memoria pater vester ab*
episcopis, qui vel voluntarii vel inuiti in sua deiectione consenserunt, sed
nec ab ipso Ebbone, qui auctor & inventor ipsius deiectionis dumtaxat inter
*episcopos fuit, non aliud sacramentum, nisi libellos professionis a se subscri-
ptos, quos ego habeo requisivit. Et a me, qui ante professionem & sub-
scriptionem, & post professionem ac subscriptionem, professa & subscripta per*
*tot annos a iuventute usque ad hanc senectutem seruauit, nunc iuramen-
tum aliud non debuisset requiri. sed non mirum est, si per baiulos inuidia*
sine causa animus benignitatis vestra commotus nunc a me requirit, quod
nec pater vester in vita sua, qui mihi per octo circiter annos secreta sua indubitanter creditit, requisivit, nec vos per triginta & sex annos haec tenus
requisistis. Hincmarum aliis episcopis auctorem fuisse, ut Ludouicu-
*m regem & Germania venientem susciperent, indicat eius episto-
la quinta.*

NOTA SEVERINI BINII.

² *Concilium Pontigonense.*] Sic dictum a Pontigono. Est autem Pon-
tigonum, vel Pontigedanum (ut habet Calendarium sancti Ioannis
Vallenfis ad Carnutum urbem) pagus Galliæ Celticæ in diœcesi
Carnotensi vulgo dictus *Pontgoie.*

CON-